

TRACTATUS SEPTIMUS DE EUCHARISTIA, UT SACRAMENTUM EST.



Via Eucharistia non solum est Sacramentum, sed etiam Sacrificium Novae Legis, de illa sub hac duplici consideratione agendum est: de prima quidem in hoc Tractatu; in sequenti vero de altera.

Eucharistia ergo variis ingeniti nominibus consuevit a Patribus. A Cyrillo enim Alexandr. Epistol. contra Nestorium, Eucharistia, seu Benedictio dicitur: quia benedictione, hoc est, consecratione conficitur. A Paulo, 1. Cor. 11. & Tertulliano, lib. de Spectaculis, dicta fuit *Cena Domini*; quia Christus, post cenam habitam cum suis Apostolis, eam instituit. Hoc nomine communiter eam appellant Lutherani, & Calvinistae. Vocatur praeterea *Sacra Synaxis*, seu *Communio*: sive quia hoc Sacramento Fideles specialiter communicant Christo, ut Capiti, non solum voluntate, & affectu, quod & amantibus commune est, sed etiam realiter Christo communicentur, & sunt cum ipso una caro; & sibi ipsis invicem communicant per charitatem, ut membris eius. Insuper Eucharistia nuncupatur a verbo Graeco *Eucharistia*, quod Latine redditur *Bona gratia*, seu *Gratiarum actio*: quia, ut ait Iulianus, *Apolog. 2.* in illius usu Deo gratias agamus. *Gratum* etiam appellatur: quia ex hac vita ad aeternam profectus datur in subsidium adversus hostes. Deinde *Sacrificium* dicitur: quia in illo hostia Christus quotidie Deo Patri immolatur.

Horum rationem dat S. Thomas, 3. p. 2. q. 73. art. 4. Quia hoc Sacramentum triplicem habet significationem. Unam quidem respectu praeteriti: in quantum est commemorativum Dominice Passionis, quae fuit verum Sacrificium; & secundum hoc Sacrificium dicitur. Aliam respectu praesentis, scilicet, Ecclesiae unitatis, cui homines hoc Sacramento aggregantur; & secundum hanc Communionem dicitur, vel *Synaxis*, quia (sic Dicitur, lib. 4. Orth. Epi. cap. 14.) communicamus per ipsam Christo, & participamus ejus carne, & divinitate, & communicamus, & unimur ad invicem per ipsam. Tertiam respectu futuri, quatenus hoc Sacramento est praefigurativum fructus Dei, quae erit in Patria; & secundum hoc dicitur *Vianctio*: quia hic praebet nobis viam illuc perveniendi. Et dicitur etiam *Eucharistia*, id est, *Bona gratia*, quia gratia Dei vita aeterna ut dicitur, Rom. 6. vel quia realiter continet Christum, qui est plenus gratia. Dicitur etiam in Graeco *Mealitia*, id est, *Assumptio*; quia per hoc Filii Dei Deitate assumimus: sive *Transumptio*, quia in Filios Dei transmutamur.

De hoc Sacramento agit S. Th. 3. p. 2. q. 73. usque ad q. 83. inclusive. Cujus vestigia inherentes, hoc idem praestabimus, aliqua tum scholastica, tum moralia, tum dogmatica, & polemica intermiscemus.

QUESTIO I

De Materia Sacramenti Eucharistiae.

Ad essentiam Eucharistiae, utpote Sacramenti, pertinet constitutio ex materia, & forma. Hic de ejus materia agemus, ad hunc de ejus forma in sequenti. Aliqua tamen praemittenda sunt, ad naturam Eucharistiae bene percipiendam necessaria.

DUBIUM I

An Eucharistia sit Sacramentum, a quoque dicitur, quia Naturam?

S. I.

Eucharistia Sacramentum est.

Inter alias Albigensium blasphemias haec recensetur, quod Sacramentum Eucharistiae imperpetuum, & Deum in Eucharistia non adesse potiori modo, quam in aliis rebus esset. Albigensibus longe ante praeverant Archontici, Eotiohanio tunc, Hieron. 40. Melchisedech, referente Theodoro, lib. 4. Hist. cap. 11. Petrobrusiani, de quibus Petrus Cluniacensis, Epist. contra eosdem, & Bogomiti dicentes, Eucharistiam nil aliud esse, praeter orationem, & Evangelium, teste Euthymio, Panopolit. part. 2. tit. 23. cap. 17. An vero praeter hanc hereticorum mens fuerit, Eucharistiam a Sacramento alio penitus delecte, an vero solum ejus veritatem obscurare; certum non est, nec nostri instituti hic decidere.

II. Dico ergo, Eucharistia verum novae legis Sacramentum esse. Hoc non negant nostri temporis haeretici, quamvis illud obscurare conentur, ut in progressu videbimus. Est dogma fidei sanctum in Florent. Dier. Unionis, in Trident. Sess. 7. de Sacram. in Gener. Can. 1. & Sess. 13. ac 21. Et ante in Concil. Later. IV. sub Innoc. III. Cap. *Eximium*. In Concil.

Carthagin. III. anno 397. cap. 24. & 29. Cap. *Cum Maribus*, de Celebr. Miss. C. in Sacramentorum. C. in Sacramento, de Consecr. dist. 2.

Aperte hoc tradit Scriptura, Matth. 26. & Luca 22. Christus Eucharistiam instituit consecrando panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem suum; deinde Apostolus hoc idem faciendi contulit potestatem dicens, Lucae 22. v. 19. Hoc facite in meam commemorationem. Rufus, Joan. 6. v. 59. Hoc manducat hunc panem, vivit in aeternum. Ex quibus discurro sic: Trium requiritur ad Sacramentum. Primum: quod sit aliquid sensibile. Secundum: quod sit a Christo institutum. Tertium: quod sanctificandi vim habeat. Sed haec tria habet Eucharistia, nam species panis, & vini quid sensibile sunt: eam Christus instituit, ut ex Matthaeo, & Luca diximus: sanctificandi vim habet, vel annexam habet promissionem gratiae: ut diximus ex Joan. 6.

III. Convenientissime autem aliis sacramentis Christus addidit Eucharistiam (inquit S. Th. 3. p. 2. q. 73. art. 1.) Sacramenta enim ordinantur ad subveniendum homini in vita spirituali proportionaliter, ac homini subvenitur in vita corporali: sed vitae corporalis subvenitur primo, per generationem, qua homo accipit vitam. Secundo, per augmentum, quo homo accipit perfectionem, & robur vitae. Tertio, per alimentum, quo vita nutrimento conservatur: ergo & vitae spirituali, praeter Baptismum, quo homo spiritualiter generatur, & praeter Confirmationem, qua spiritualiter augetur, & roboratur, debuit subveniri per Eucharistiam, qui per modum cibi spiritualiter nutritur, & reparatur damnum, quo ex calore nimio appetitus, & passionum vita spiritualis saepe debilitatur.

IV. Adverte tamen ex S. Thom. citato, ad 1. quod aliter auget, & perficit Confirmatio, aliter Eucharistia. Nam duplex est perfectio. Una, quae est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentum: & talis perfectio comparatur Confirmatio. Alia autem est perfectio, quam homo consequitur ex adjunctione aliquid, vel indumentum, vel aliquid hujusmodi: & talis perfectio comparatur Eucharistia, quae est spiritualis perfectio. Sicut ergo vita naturalis alia virtute in se augetur, & alia appetitione cibi nutritur: ita vita spiritualis alio Sacramento in se augetur, alio per conjunctionem cum Christo, qui est animae cibis, nutritur.

V. Ex his deduci potest definitio Sacramenti Eucharistiae, nimirum: *Est Sacramentum novae legis a Christo institutum, per species panis, & vini, praescripta forma verborum consecrata in corpus, & sanguinem Christi, significans, & causans per modum cibi, & potus internam, & spirituales nutritionem hominis.* Vel brevius: *Sacramentum corporis, & sanguinis Christi ad spirituales salutem alimentum, a Christo institutum.* Ex his enim duabus definitionibus, quarum prima quasi physica est, secunda vero metaphysica, exprimitur omnis causa tum constitutiva, & intrinseca, tum extrinseca, nempe, efficiens, & finalis Sacramenti Eucharistiae, ut Studiosus depræhendere poterit.

VI. In hoc autem Sacramento, sicut in cæteris, invenire est Sacramentum tantum, id est, id quod significat, & non significatur; & hoc sunt species panis, & vini legitime consecratae: rem tantum, id est, quod significatur, & non significat; & hoc est spirituales nutritio per gratiam sanctificantem: & rem, ac Sacramentum simul; & hoc est corpus, & sanguis Christi, quae significantur per species consecratae, & ulterius significant internam animae nutritionem.

VII. Notat insuper S. Thom. hac q. 73. art. 1. ad 3. in tribus Eucharistiam a cæteris sacramentis differre. Primo, Quia cætera sacramenta continent aliquid sanctum solum in ordine ad aliud, hoc est virtutem sanctificandi hominem; Eucharistia vero continet aliquid in se, & absolute sanctum, scilicet, Christum. Secundo, Alia sacramenta habent esse Sacramenti in solo usu, & applicatione: aqua enim Baptismi habet esse Sacramenti tunc solum, cum per illum homo abluatur: quia tunc solum, per formam a baptizante prolata accipit vim sanctificandam. Ad Eucharistiam habet esse Sacramenti ante usum, & consecrationem, continere incipientem corpus, & sanguinem Christi; quibus in esse Sacramenti, etiam si nemini applicentur, consistunt. Tertio, In Baptismo, Confirmatione, & Ordine non solum res tantum, nempe gratia, fed etiam res, & Sacramentum simul, nempe, character, est in recipiente: in Eucharistia vero solum res tantum, nempe, nutritio, quae est res tantum, in suscipiente: sed etiam, quod est res & Sacramentum simul, nempe, corpus, & sanguis Christi, in ipsa materia proxima est, nempe, in speciebus consecratis.

VIII. Ex his colligitur, ut supra dictum est, Eucharistiam esse inter omnia sacramenta praestantissimum: ideoque Teid. Sess. 13. saepe illud vocat divinum, & mirabile, ac sanctissimum. Et cap. 3. rationem assignans dicit: *Illud in eo* (Eucha-

DUBIUM II

An Materia Eucharistiae sit Panis, & Vinum?

S. I.

Resolvitur Error.

I. Duplex in Eucharistia distinguenda est materia. Una transiens, & non manens in hoc Sacramento: & haec est panis, & vinum, qui consecratione transubstantiantur in corpus, & sanguinem Christi. Utraque enim hac materia usum fuisse Christum, cum hoc Sacramentum instituit, solum scimus Matthaeus, cap. 26. Marcus, cap. 14. Lucas, cap. 22. & Paulus, 1. Cor. 11. Alia vero permanens, & proxima, quae sunt accidentia panis, & vini; quae facta consecratione manent, & sub quibus, loco substantiae panis, & substantiae vini, succedit corpus, & sanguis Christi. Hic ergo de priori materia, nempe, de transiente, & transmutanda sermo erit.

II. Circa hanc turpiter erratum fuit. Gnostici enim Simonis Magi misera soboles, referente S. Epiphano, Hieron. 26. sanctissima materia, quam pudet exponere, in sua Eucharistia utebantur: eam enim in sordidis libidinibus celebrabant. His successerunt Ophites, sic dicti ab Ophis, quod Latine dicitur serpens, in quo figurabant Christum, & quem venerabant: ejusque contactu oblationes sanctificatas, & Eucharistiam vocabant. De his S. Augustinus, lib. de Haeres. cap. 17. habet (inquit) verum celorum astutum eorum panes lambere, atque in eis videri Eucharistiam sanctificare. Alii de quibus S. Thom. 2. part. quaest. 74. art. 1. (Arctoyritae dicti, referente S. August. lib. de Haeres. cap. 28. Offerunt panem, & casum in hoc Sacramento, dicentes, a primis hominibus oblationes de fructibus terrae, & vinum fuisse celebratas. Alia (eodem S. Thom. referente ex Aug. lib. de Haeres. cap. 26. & 27.) nempe, Cataphrygae, & Pepuziani, de infantis sanguine, quem de 1000 ejus corpore minutis partibus unam partem, & casum in hoc Sacramento, dixerunt, a primis hominibus oblationes de fructibus terrae, & vinum fuisse celebratas. Alia (eodem S. Thom. referente ex Aug. lib. de Haeres. cap. 26. & 27.) nempe, Cataphrygae, & Pepuziani, de infantis sanguine, quem de 1000 ejus corpore minutis partibus unam partem, & casum in hoc Sacramento, dixerunt, a primis hominibus oblationes de fructibus terrae, & vinum fuisse celebratas. Quidam vero dicti Aguaritae (ait S. Th.) aquam solum sub specie sobrietatis in hoc Sacramento offerunt. Unde teste Theodoro, Encratites, seu abstinentes, se vocabant: contra quos S. Cyprianus scripsit Epistolam 63.

S. II.

Veritas Catholica.

III. Dico. Materia necessaria Eucharistiae est panis, & vinum. Probo primo. Ea est necessaria materia in constituenda Eucharistia, in qua Christus instituit eam consecravit, & consecravit mandavit: sicut aquam diximus esse materiam necessariam Baptismi, quia Christus sic instituit, & sic mandavit fieri: sed Christus in pane, & vino Eucharistiam instituit, & sic mandavit fieri, ergo &c. Min. colligitur ex Matth. 26. v. 26. ibi enim habetur: *Cum accipit autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.* Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Dico autem vobis: non bibam unquam de hoc genimine vitis usque in diem illum &c. Ergo Christus Eucharistiam consecravit ex pane, & ex gemine vitis; hoc est, vino. Sic autem fieri Apostolus mandavit, Lucae 22. 19. dicens: *Hic facite in meam commemorationem: quod recepit Paulus 1. Cor. 11. v. 24. & v. 25. dicens: Hic facite quotiescumque bibitis, in meam commemorationem.*

IV. Hoc perpetuo senserunt Patres. Iulianus in Apologia 2. pro Christianis, pag. mibi 97. Clemens Alexandrinus, l. 4. Stromat. pag. 539. Eucharistiam figuratam dicens in pane, & vino sanctificato, quod obtulit Melchisedech. S. Cyprianus, Epistol. 63. omnesque subsequentium saeculorum Patres, & Concilia, a quibus referendis, tamquam a re superflua, abstinent.

V. Congruentissime autem in pane, & vino Eucharistiam instituit Christus (ait S. Th. 3. part. quaest. 74. art. 1.) Primo quidem: quantum ad usum hujus Sacramenti, qui est manducatio. Sicut enim aqua assumitur in Sacramento Baptismi ad usum spiritualis ablutionis; quia corporalis ablutio communicat sibi in aqua: ita panis, & vinum, quibus communiter homines vescuntur, assumuntur in hoc Sacramento ad usum spiritualis manducationis. Secundo: quantum ad Passionem Christi, in qua sanguis est a Corpore separatus. Et ideo in hoc Sacramento, quod est memoriale Dominicae Passionis, servatum sumitur panis ut Sacramentum corporis, & vinum ut Sacramentum sanguinis. Tertio: quantum ad effectum consideratum in usu quoque sumuntur. Et ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis vero sub specie vini pro salute animae offertur. Quarto: quantum ad effectum respectu carnis Ecclesiae, quae constituitur ex diversis fidelibus, sicut panis conficitur ex diversis granis, & vinum sicut ex diversis vitis (ut ait August. Tract. 26. in Joan.).

VI. Quare etiam alii sint cibi, quibus homines alii possunt; & animalium caeterorum corpora expressius representant videntur Christi Passionem: minus tamen competunt ad communem usum hujus Sacramenti, & ad Ecclesiam unitatem significandam (ut ait Sanct. Thom. citatus ad 1.) Et ideo in pane potius instituitur voluit Christus, & vino. Et licet non in omnibus terris mactatur vitulum, vel vinum; tamen de facili ad omnes terras deferri potest, quantum sufficit ad usum hujus Sacramenti (ut ait S. Thom. ad 2.)

VI. Eadem ratione non licet ad consecrandum assumere panem, seu panem igni non coctum; aut qui non sit aqua naturali, sed artificiali delibutum. Quidquid enim sit, an pasta dici queat materia sufficiens, quia tamen certum non est, immo, usitato loquendi more, massa confecta ex farina, & aqua ante coctionem nondum est panis, nec panis usum habet: sicut nec panis confectus ex farina, oleo, lacte, aut aqua rosacea panis usitatus est: ideoque qui hæc consecraret, exponeret sacramentum periculo nullitatis, & graviter peccaret.

VII. Quoad panem vero corruptum dico. Si panis adeo corruptus sit, ut jam speciem panis amiserit, non potest valide consecrari: sicut nec panis confectus ex tritico adeo corruptus, ut jam amiserit speciem tritici. Hinc S. Thom. hoc art. 3. ad 4. ait quod *Quia anulum est ex tritico corrupto (nunc ex tritico madefacto, & male olenti) non videtur, quod panis ex eo confectus possit fieri corpus Christi, quamvis quidem contrarium dicatur.* Si vero non sit tanta corruptio panis, aut tritici, quod speciem solvat; sed solum ad corruptionem disponat (quod declarat aliquis mutatio saporis in pane) ex tali pane, aut tritico potest consecrari sacramentum: peccaret tamen conciens, propter irreverentiam sacramenti. Ita ex S. Thoma.

VIII. Idem dicitur de permixtione alterius frumenti cum farina triticea. Verum quia vix invenitur farina triticea, quæ alterius frumenti mixtionem non habeat; nisi forte de electis granis studio fiat: ideo modica permixtio, cum non solvat speciem: *Quod enim est medicum, quodammodo assumitur a plurimo: ideo si sit modica admixtio alterius frumenti ad majorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia hujus sacramenti. Sed vero sit magna permixtio, panis ex aqua vel quæsi, talis permixtio speciem mutat. Unde panis exinde confectus non erit debita materia hujus sacramenti.* Ita S. Thom. citatus ad 3.

S. II.

Vetores quidam ritus circa Panem consecrandos.

IX. PANIS consecrandus ex fidelium oblatis olim seligebatur. Mos enim erat, ut omnes, qui ad Sacrificium conveniebant, panem, & vinum afferrent: ex quo panes, & vino a fidelibus oblato nonnulli panes seligebantur, atque ab Archidiacono imponebantur altari pro Eucharistia consecranda. Id præscribitur in Ordine Romano, secundo septimo circa octavum: ubi infuper injungitur, ut ex vino, quod oblatum fuit, ea ab Archidiacono copia vini colici infundatur, quæ Sacerdotis, & populi communioni sufficiat.

X. Circa vero preparationem panis, & vini, non idem ritus quovis tempore servatus fuit. Primis enim seculis, servante nimirum perfectione, panem communem credimus fuisse consecratum; immo & Apostolos eo usus fuisse, cum, ut scribit Lucas, *Act. 2. ver. 46.* essent quotidie *Frangentes circa domos panes.* Eundem quoque adhibuisse Apostolorum successores, cum in atris celebrabant, probabile est: cum alium panem eis habere sepe non liceret.

XI. Data tamen Ecclesie pax, ceperunt panes studio preparari. Id colligitur ex Concilio Toletano XVI. anno 693. ubi ad corrigendam quorundam irreverentiam, qui de panibus, propriis usus preparatis, frustulum rotundum conficiebant, illudque cum vino, & aqua super altare offerebant pro Sacrificio. *Can. 6.* statuitur legimus: *Ut non aliter panis in altari sacrificandus prepararetur, nisi mundus, & nitidus, & qui studio preparatus fuisset.* Quanta autem reverentia hostie olim prepararentur, constat ex S. Udalrico, *lib. 3. Consecrationum Cluniacensium,* relato ab Alexandro, *Tom. 1. Theol. Dogm. de Sacra. Euch. lib. 2. regula 13.* Ex quo deducitur, convenientes fore, ut a Clericis, vel sacris Virginitibus hostie conficerentur: sicut olim factum fuisse a S. Rudegunde Regina, clericis dispensabat: auctor est Fortunatus in ejus vita.

XII. Circa modum, quo panis jam confectus preparatur proxime cum infat Sacrificii celebratio; quoad Occidentales, legenda sunt Ritualia de Missa celebranda; quoad Græcos autem, iste est ritus. Primus Sacerdos locis manibus ad altare minus posticum ad lavam altaris majoris se confert. Secundo altaris parte collocat, calice ad dexteram posito. Tertio: Sacerdos lava panem accipit, dextera vero gladiolum, qui in brevioris lancee figuram desinit, ad dexteram partem divinum in partes reponit in disco. Quarto: Diaconus vinum, & aquam in calicem infundit; multæque interea recitantur orationes in Chrysostomi Liturgia contentæ. Quinto: facta majoris hostie oblatione, plures particule, quæ *Mortuas* vocant, sigillatim offeruntur, varias Sacrificii species signantes. Quartum prima offertur in honorem Christi: secunda ad B. V. cultum; tertia in memoriam S. Joan. Baptistæ, Apollolæum, & aliorum, quorum nomina recensentur: quarta pro salute viventium, quos nominatim appellant: quinta demum pro defunctis nominatim expressis.

XIII. Figura panis consecrandi non eadem semper fuit: Nam vigente perfectione solidos, & integros panes, quales habebantur præ manibus, consecratos fuisse credimus: & communitur in frusta fidelibus distributos, cuiusmodi esse est figura. Ex quo crediderim ortum fuisse, ut hostie parvæ, quæ hodie distribuuntur fidelibus, *Particula* nomen retinuerint. Hoc certum est, obicularum hostias, quibus Latini fideles communicant, non esse apud Græcos; qui integrum panem dividunt in frusta, quemque inter Missarum solemnias de ma-

nu Sacerdotis accipiunt. Immo, referente Umberto Cardinali (qui vixit Seculo XI.) *Epist. pro azyrnor. desens.* adversus Michaelem Carularium, Constant. Patriarch. colligitur, circa anni. 1054. panem ingentis magnitudinis in Ecclesia Occidentali consecratum fuisse. Hæc enim habet: *Sicut Sancta Romana Ecclesia usque nunc observat, panem integrum benedicti, & fractum singulis particulatim distribuitur: Accipit, & comedit, hoc est corpus meum.*

Labente tamen eodem seculo XI. Panem Eucharisticum ad breviorum illam formam, quæ nunc Occidentales utuntur, redactum fuisse evidens est ex testimonio Bernardi Constantiensis Presbyteri, qui circa ann. 1089. Ordinem Romanum illustravit notis; nec non ex Ermulpho Episcopo Rossensi, qui obiit circa annum 1124. qui in Epist. ad Lambertum relata, *Tom. 2. Spicilegii sic loquitur: Illi (Apostoli) panes, quos quidam comederant, nos in forma nummi panem accipimus. Quo eodem seculo brevioris hostias pro Dogm. de Euchor. qu. 2. cap. 1. art. 3. ex quo supradicta desumpsimus.*

D U B I U M IV.

An Panis consecrandus debeat esse Azyrnus?

S. I.

De die, qua Judæi celebrare debebant Pascha.

I. PRO hujus dubii resolutione duo sunt stabilienda. Primum, quia die Judæi secundum legem debebant Pascha celebrare; secundum, quia die Christus celebravit Pascha, quando in ultima Coena Eucharistiam instituit. Ex hoc enim apparet, eam instituisse in azyrnis, an vero in fermentato. Circa primum ergo sciendum, Judæos mensibus lunariibus usos fuisse: ac menses computare secundum lunas consuevisse: ita ut prima dies mensis esset prima dies luna, quæ Nomenia dicebatur. Initium vero anni fuebant a prima luna, seu a novilunio propinquiori ad æquinodium veris; & ab illa incipiebant primis mensis anni, dictus *Nisan* correspondens Martio nostro, juxta illud Exodi 12. ver. 2. *Mensis iste vobis principium mensium erit primus in mensibus anni.* Et hoc ideo, quia hoc mense Deus a servitute Pharaonis Judæos eduxerat.

II. Sciendum insuper, tres dierum differentias Judæos agnovisse, nimirum, legalium, naturalium, & artificialium. Legales incipiebant a vespera unius diei ad vesperam subsequentiæ: & hi maxime in usu erant apud ipsos, præsertim in legalibus observationibus, & Festis, juxta illud Levit. 23. v. 32. *Ad vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbata.* (id est Festis) *vestra.* Quem morem adhuc servat Ecclesia in festorum solemnitatibus, vesperis ad vesperas perdurantibus. Naturales (qui usui erant apud Græcos, & Latinos) accipiebantur a media nocte ad medium noctem; vel, ut alius placet, ab ortu Solis unius diei ad ortum Solis diei alterius. Hæc autem artificialis, sicut modo; comprehendebat tantum illud spatium, quo lux Solis orbem nostrum perfundit: ex quo *pascha* dies a nocte fecerunt.

III. Sciendum tertio, duas apud Hebræos fuisse celebratas. Unam Paschatis, seu Transitus, in memoriam beneficii, quo Angelus vistorum transiens per Ægyptum, & primogenitos Ægyptiorum interimens, solos Hebræos, suorum domorum postes sanguine aquæ hinc erant, salvos reliquerat. Alteram Azyrnorum in recordationem alterius beneficii, quo eadem nocte post interemptos Ægyptiorum primogenitos, Judæi adeo festinatius fugæ se dederunt; ut cum non possent panes fermentare, azyrnos panes præparare coegerint.

IV. Igitur Paschatis celebratio luna quatuordecima mensis primi ad vesperam, id est, ante occasum Solis incipiebatur celebrari. Post occasum Solis incipiente jam luna quatuordecima sequebatur solemnitas azyrnorum, quæ septem dies legales complectebatur: ita tamen, ut prima dies, & septima essent solemnissimæ; atque hisce septem diebus azyrnorum dictis, panis fermentatus in Hebræorum domibus non inveniebatur. Totum hoc legitur, Exodi 12. v. 2. *Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas, v. 6. Et servabitur eum usque ad quatuordecimam diem mensis hujus: immolabitur eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azyrnos panes eum lactuice agrestibus. Et comedetis festinantes: est enim pascha, id est, Transitus Domini. Et habebitis hunc diem in monumentum, & celebrabitur eum solummodo Dominus in generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azyrna comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. A primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solemnitas, & dies septima eadem festivitate venerabilis: Nihil operis facietis in eis, exceptis illis, quæ ad vescendum pertinent. Et ver. 18. Primo mense quatuordecima die mensis ad vesperam comedetis azyrna, usque ad diem viginti primam ejusdem mensis ad vesperam.*

V. Ex his supra laudatis verbis deduco: quod licet Pascha celebrari inciperet ad vesperam diei decimæ quartæ ad vesperam; absolvetur tamen jam ingressa die decima quinta, quæ erat dies prima azyrnorum; & sic congebantur simul Pascha, & prima dies azyrnorum. Quod ostendo. Nam celebratio paschatis includebat immolationem agni, ejusdem altationem, & comestionem; sed immolatio agni fiebat ad vesperam diei decimæ quartæ; id est, ingressam jam ad occasum Solet; & qua non parum temporis infami debebat in immo-

litione, affatione, & comestione agni: comestio illius non poterat fieri, nisi post occasum Solis; a quo occasu incipiebat dies decima quinta, quæ erat prima dies azyrnorum, a qua die Judæi solis vesperi poterant; ergo celebratio Paschatis incipiebat quidem in finem diei decimæ quartæ; sed decima quinta jam inchoata absolvetur. Unde in Exodo verbis supra relatis, dum præcipitur immolatio agni, dicitur: *Immolabitur eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam diei, nempe decimæ quartæ. Dum vero præcipitur comestio ejusdem, dicitur: Et edent carnes nocte illa assas igni, nempe die decimæ quartæ legali jam inchoata.*

VI. Propterea advertit Maldonatus (& legitur apud Waltonem in *Biblia Poliglotta*) quod ubi in noctis vulgaris celebratio Paschatis dicitur fieri ad vesperam diei decimæ quartæ; textus hebræus dicit: *Inter vesperam, & vesperam.* Duas enim vesperas distinguebat Hebræi. Primam ab hora nona, seu tertia post meridiem, seu cum, Sole vergente ad occasum, aer pallidescit incipit, & hoc tempore agnus immolabatur: quæ hora Christus expiravit. Alteram ab occasu Solis fuit a sexta post meridiem, jam nocte inchoata; & hoc tempore agnus comeditur, unde dicitur: *Et edent carnes nocte illa, quæ jam prima dies azyrnorum inciperet.* Et hæc ratione Scriptura aliquando dicit, Pascha celebrari die quarta decimæ, aliquando primæ diei Azyrnorum. Ut *Muth. 26. ver. 17. Marc. 14. ver. 12. Prima die azyrnorum, quando Pascha immolabatur, & Luc. 22. ver. 7. Venit autem dies azyrnorum, in qua necesse erat occidi Pascha.*

S. II.

De die, qua Christus suum ultimum Pascha celebravit, & in qua Eucharistiam instituit.

VII. OBSERVandum est, quatuor circa hæc questionem extare sententias. Prima est Græcorum, qui asserunt, Christum anno, quo mortuus est, agnum paschalem non comessisse die a lege præscripta, id est, die decimæ quartæ in secundis vesperis; sed die ingressæ anticypales; agnumque paschalem comessisse; nec non Eucharistiam instituisse die decima quinta, quæ Judæi panem fermentato adhuc vesperi habebat. Unde colligitur, Christum in comestione Eucharistie sacramentum usum fuisse panem non azyrnis, sed fermentato.

Alteri fuit quorundam, quos referunt Theophylactus, & Euthymius in *cap. 26. Marc. quos novissim fecit ut P. Lamy, contententes, Christum anno, quo in Crucem actus est, Pascha non peregrisse, nec agnum paschalem comessisse, sed solum Augustissimum Sacerdotum instituisse in Coena, quam habuit decima tertia die in secundis vesperis; & Cruci affixum fuisse die decima quarta, quæ die ad vesperam secundum legem immolari, & comedi debet agnus paschalis.*

Tertia est aliquorum Recentiorum, inter quos recensentur Paulus Burgensis, Jansenius, Maldonatus, & novissima P. Maducic, qui licet fecerint, Christum anno, quo passus est, paschalem agnum comessisse die Jovis, nempe, quarta decima die in secundis vesperis, juxta Mosaicæ legis præscriptum: censent tamen, Judæos eo anno Pascha non celebrasse eadem die, quæ Christus, sed illud in sequentem diem distulisse, seu in diem Veneris; quæ licet esset die decima quinta, tamen ex decreto Synedri, quando Pascha incipiebat in die Jovis, & prima dies azyrnorum in diem Veneris; ne sibi duo festi dies immediate succederent, nempe, prima dies Azyrnorum, & Sabbatum, cautum erat, ut Pascha differretur ad diem Veneris, sui decimam quintam in vesperæ, & Sabbatum immediate sequens esset simul prima dies Azyrnorum.

Quarta tandem sententia est omnium fere Latinorum cum S. Thoma 3. *par. qu. 45. art. 9. ad 1. & qu. 74. art. 4.* qui docet, Christum eo anno, quo passus est, Pascha peregrisse, agnumque paschalem comessisse eadem die, qui illud Judæi comedere debebant; nempe, quarta decima luna primi mensis, in secundis vesperis. Cum his ergo

VIII. Dico primo, Christum anno, quo passus est, celebravit Pascha, & comedit agnum paschalem, non autem solum coenam fecit, in qua Eucharistiam instituit. Id constat ex *Marc. cap. 26. Marc. cap. 14. & Luc. cap. 22.* Cum enim Apostoli Christum rogassent: *Ubi vis parvulus tibi comedere Pascha?* Christus ostendit eis ubi pararent; & addidit *Et fecerunt Discipuli, sicut constituit illi Jesus, & paraverunt Pascha.*

Nec valet responsio P. Lamy dicentis, Discipulos accessisse ad Christum rogantes: *Ubi vis parvulus?* & Pascha de facta parasse, non in fine diei quartæ decimæ, sed in principio ejusdem, hoc est, post occasum Solis diei tertie decimæ; & eodem vesperæ Christum in loco parato discubuisse, agnum tamen paschalem non comessisse: quia hic, non in exordio, sed sub finem diei quartæ decimæ debebat secundum legem immolari, & comedi. Cum igitur Christus sub finem diei decimæ quartæ in Crucem pendens; non potuit hoc anno legale Pascha anteriori die paratum comedere, morte impeditus, sed tantum coenam Eucharisticam pergere.

IX. Non inquam valet. Nam contra est primo. Quia Matthæus, Marcus, & Lucas dicunt, quæ Discipuli acceperunt ad Christum, ut pararent Pascha, appellant primam diem azyrnorum, in qua necesse erat occidi Pascha; quando Pascha immolabatur Judæi: sed prima dies azyrnorum non a principio, sed a fine diei decimæ quartæ incipiebat, ut omnes testantur: agnus tamen Paschalis immolatus, & occidit debebat sub finem diei decimæ quartæ; ergo Discipuli non sub initio, sed sub fine diei decimæ quartæ, acceperunt ad Jesum ad parandum Pascha. Missi ergo Petrus, & Joannes ad parandum

Pascha hora circiter prima post meridiem (non hora sexta, ut putat P. Lamy) paraverunt agnum paschalem circa horam sextam immolandum, & successively comedendum. Quo parato, Evangelistæ confestim exhibent nobis Christum discumbentem cum discipulis: *Et cum facta esset hora discubuit, & duodecim cum eo, & ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam pararem (Luc. 22. ver. 14.)* Quid ergo his ultimis verbis indicavit Christus, nisi se manducasse paschalem agnum, quem Discipuli paraverant? Non enim Discipuli jussi parare agnum paschalem, pararent communes cibos.

X. Secundo. Si Christus, ut vidimus, prima die azyrnorum hanc coenam peregit, quando comeditur agnus paschalis, si jussit, ut eum pararent, si discubuit cum eis: cur non comedit? Cur jussit, ut pararent, si prævidebat, quod morte preventus, non foret comesturus? Cur jussit, ut dicerent ei, apud quem coenam erant paraturi: *Ubi est vesperis mea, ubi Pascha cum Discipulis meis manducem?* (Marc. 14. ver. 14.) si postea non manducavit? ergo illi illud. Immo si jussisset parari Pascha, non ea die, qua Judæi, non permisisset homo ille, ut discipuli domi suæ pararent.

XI. Tertio. Si Christus non in fine decimæ quartæ diei, sed in principio, hoc est, exeunte decima tertia Eucharistiam instituit; eam non in azyrnis, sed in fermentato instituit, ut volunt Græci: Judæi enim in principio decimæ quartæ diei, seu exeunte decima tertia pane fermentato adhuc utebantur, a quo solum abstinere incipiebant exeunte decima quarta: tunc enim dies azyrnorum incipiebant. Dicoe autem cum P. Lamy, initio diei decimæ quartæ, sed Judæos ab omni fermento fuisse expurgatos, gratis dicitur: quia ex Scriptura habetur, solis diebus azyrnorum, non ante, interdictum Judæis usum fermentati. Nam, *Exodi 12. ver. 15.* dicitur: *Serpen dicitur azyrna comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris.* Quod si Christus in fermentato consecravit, quo argumento pollimus Græcos evincere?

XII. Quarto. Si Christus morte preventus eo anno non comedit agnum paschalem, nec, Apostoli eo anno illum comessent. Non enim credibile est, die decima quarta ad vesperam, qua Christum supponit Lamy fuisse mortuum, potuisse se Apostolos servente adhuc Judæorum rabie dispersos, in unum coire locum, vel separatim, vel cum Judæis Pascha peragere: violassent ergo Apostoli eo anno legem de Paschate celebrando, penamque incurrisissent latam *Nu. 9. ver. 13.*

XIII. Quinto. Opponitur hæc sententia Patribus, cum Latinis, tum Græcis. Immo & Tridentino, *sess. 12. cap. 1.* ubi Traditioni perpetuæ Ecclesie Catholice inhærens: *Celebratio veteri Pascha, quæ in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat; novum instituit Pascha, ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes suis signis visibilibus immolandum, &c.*

XIV. Dico secundo, Judæi eo anno, quo Christus mortuus est, non distulerunt Pascha suam ad diem quintam decimam primi mensis, id est, usque ad vesperam sextæ quartæ: sed celebrarunt illud die a lege præscripta, nempe, quarta decima desinente ad vesperam. Probo primo. Quia si eo anno, quo Christus mortuus est, Judæi Pascha distulerunt usque ad vesperam diei quintæ decimæ; ergo tunc solum coepit prima dies, & consequenter usus azyrnorum; ergo Christus, qui Pascha suam celebravit die præcedente, nempe, die quarta decima, non celebravit in azyrnis, sed in fermentato. Quomodo igitur in hac opinione Latinus Doctor poterit arguere Græcos?

XV. Secundo. Si solum quinta decima die Judæi illo anno Pascha celebrarunt; ergo agnus paschalis, qui debebat prius in templo Jerusalem immolari eadem die, qua manducabatur, non fuit immolatus, nec mactatus, nisi die quinta decima; ergo Christus qui secundum hos Auctores pridie agnum comederat, comedit agnum in templo non immolatum: dies enim immolationis, & mactationis a privato homine anticipari non poterat; ergo legem hoc facti violavit.

XVI. Tertio. Offendit Christus Judæos, si differentibus ipsis Pascha suam ad diem quintam decimam, ipse celebravit ad vesperam diei quartæ decimæ; ut opte operaretur contra legem Synedri, cui omnes Judæi, eum legitimo Concilio parere tenebantur; immedie ipsum accusare possent, ut infra dicitur.

XVII. Quarto. Ideo hujus sententiæ Patroni asserunt anno, quo Christus mortuus est, distulisse Pascha Judæos ad diem quintam decimam; ut hoc pascha primo azyrnorum dies, quæ apud Judæos festiva erat, incididerit in Sabbatum; nec duo festa immediate sibi succederent: sed hoc medio non effugiunt difficultatem; ergo &c. Minor probatur. Si anno, quo Christus mortuus est, prima azyrnorum dies translata est in Sabbatum; sequitur quod septima azyrnorum dies incididerit in diem Veneris; & quod sequenti Sabbato fuerit continuus; ergo cum septimus azyrnorum dies festus fuerit, perinde ac primus, sequitur, duo festa fuisse continua. Quid ergo respondebunt?

XVIII. Propterea hanc opinionem rejicit S. Thom. 3. *par. qu. 46. art. 9. ad 1.* his verbis: *Et ideo quidam dicunt, quod Christus die convenienti, id est, quarta decima luna Pascha cum Discipulis suis manducavit; demonstrans, quod usque ad ultimum diem non erat contrarius legi, ut Chrysostomus dicit super Matthæum (Homil. 82.) sed Judæi occupati circa præparationem mortis Christi contra legem, celebrationem Pascha in crastinum distulerunt. Sed nec istud videtur esse consonum verbis Marc. dicitur: Primo die azyrnorum, quando Pascha immolabatur. Simul ergo Christus & Judæi veteri Pascha celebraverunt.*

Afferis diviua contra Gracos.

XIX. Deo tertio. Christus anno, quo mortuus est, non luna tertia decima deficiente, & quarta decima inchoante celebravit Pascha, & Eucharistiam instituit; sed luna quarta decima deficiente, & quinta decima inchoante, quo tempore non erat in domibus Hebræorum fermentatum: & consequenter in azymo consecravit.

Probo. Christus celebravit Pascha prima die azymorum ineunte: sed initium primæ diei azymorum ducatur ab occasu Solis diei decimæ quartæ, quia Judæi, ut dictum est, legales dies ab occasu Solis ad occasum ducunt, quo tempore in eorum domibus fermentatum habere vetitum erat: ergo &c. Maj. prob. Testimonio trium Evangelistarum. Nam S. Matth. cap. 26. ver. 17. hac habet: Prima autem die azymorum accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: Ubi vis paravimus tibi comedere Pascha? Marcus cap. 14. ver. 12. Et primo die azymorum quando Pascha immolabatur, dicunt ei Discipuli: Quo vis tamen, & paravimus tibi, ut manducare Pascha?

XX. Neque reponas cum Euthymio: Evangelistas vocare primum diem azymorum diem præcedentem, nempe decimam tertiam. Nam in primis esset valde impropria locutio, si dicitur si quis ultimam diem bagnatalium vocaret primam diem Quadragesimæ. Deinde dicant: Prima die azymorum: quando immolabatur Pascha: in qua necesse erat occidi Pascha. Dies autem in qua immolabatur, in qua necesse erat occidi Pascha, non erat tertia decima: sed quarta decima inclians ad vespem. Rursus dicit Lucas: Venit autem dies azymorum. Dies autem venire non dicitur, nisi cum immediate inquit: quod solum verificari poterat die quarta decima vergente ad vespem: in qua post Solis occasum dies quintadecima, & prima azymorum incipiebat.

Multo minus audiendi sunt Græcorum quidam, qui referunt S. Thomam in 4. dist. 71. qu. 2. art. 2. qu. 3. In tantum inquam prosperunt, ut dicunt, Evangelistas illos falsum scripsisse. & a Joanne falso corruptos; qui autem dies Pasche dicit Dominum commisse cum Discipulis. Sed quod hoc non contradi- catur, ostenditur.

XXI. Prob. secundum. Agnus Paschalis, ut omnibus notum esse debet, juxta Legis præscriptum immolari, & comedi debebat die decima quarta primi mensis, in secundis vespere; ergo Christus hac die illum comedit etiam non est, Christus, qui in omnibus legis Mosaicæ fuit zelantissimus cultus, voluisse in supremi Paschalis celebratione eam transgredi, antequam dum pendendum undique quærebant, ipsum super hoc violatæ legis palm accusassent; quod quidem a Juda proditore, qui a cæna ad ipsos discessit, facile resistere potuissent: quod tamen Christo non objecerunt. Tertio. Ille Pater familias, ad quem Christus, ut Pascha pararet Discipulos misit, suum cænaculum certe non permisit: juste siquidem timuisset ne intempelliva illa legis in re tam gravi transgressio Judæorum odium in se concitaret. Tandem Christus jussit parari Pascha ad instantiam Discipulorum: atque discipulis, qui bene sciebant tempus Pascha celebrandi, non petissent a Christo, ubi vellet parari Pascha, nisi legitimum tempus instaret; ergo &c.

XXII. Similiter loquebatur Leo IX. Episcopus, ad Michaelem Cæsarium, Patriarcham Constantin. his verbis: Qui non venerat solvente legem, sed adimplere, juxta ipsius legis præceptum azymi, & vine vetus Pascha adimplevit; & proximus ex azymis, & vine novum, sicut aperit Lucas narrat, Discipulis servavit. Neque enim totis esse diebus illis fermentatum apparatus in omnibus suis, sed apud quemcumque inveniebatur peribatis anima ejus de populo suo. Quod si in vana Domini Jesu apparuisset, aut Discipulis ejus quomodo gustassent, juxta sicut prævaricatoris legis perirent. Nec ipse Dominus dixerit suis instigantibus: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec esset verus Jesus testis ad perditionem eam querere, cum hoc sola pararetur juxta.

Contraria fundamenta.

XXIII. Quæ contra superiores resolutiones adduci solent, vel eo tendunt, ut ostendant, Christum eo anno die, quo passus est, legale Pascha non comedisse: vel non eam diem diei Judæi: & hoc dupliciter. Vel quia ipse anteverit esse agni paschalis comedendo illum die tertia decima, ut volunt Græci. Vel quia eo anno Judæi distulerunt paschalis agni eum ad diem quintam decimam.

XXIV. Arguitur ergo primo. Si Christus eo anno, quo mortuus est, legale Pascha comedisset; hoc fecisset vespere: quo habuit ultimam cænam; in qua Eucharistiam instituit; sed hoc non est ergo &c. Min. probat. prim. Cum Apolloli una cum Christo cænam fecerunt, erat jam prima dies Azymorum, ut Mattheus, & Marcus, & Lucas supra allati testantur: sed Pascha juxta legem celebrari debebat ante primam diem azymorum; ergo &c. Secundo. Agnus paschalis secundum legem debebat a sanctis comedi: sed Christus in cæna non flevit. Tercio. Juxta legem agnus debebat adduci in domum decima die mensis: sed Christus non posuit id facere, cum ipsa die decima quarta nec dum haberet locum paratum ergo &c.

XXV. Respondet, neg. min. Ad primam probationem dico, quod ut supra notatum est, dies decimus quartus, in ejus secundis vespere debebat celebrari Pascha, erat simul initium primæ diei azymorum, quæ post Solis occasum incipiebat: & propterea vocatur prima dies azymorum, id est, ingredienti, quo tempore ut dictum est, agnus paschalis comedebatur. Ad secundam dico: vel discumbere significare absolute accedere ad mensam, sive stando, sive non. Vel quod Christus, & Apolloli comederunt quidem agnum paschalem stantes; sed postea discubuerunt ad cænam ordinariam: & de hac cœna loquitur Evangelista.

Ad tertiam dico, fuisse Jerosolymis homines, qui hospitiis ab universa Judæa veniebant ad celebrandum Pascha, præbant cœnacula, agnos immolatos, & omnia necessaria; &que illis præbant, vel pretio, vel gratis.

XXVI. Dices primo. Hac verba Christi ad Judam post absolutam cœnam, Joan. 13. ver. 27. Quod facis fac cænam, fuerunt a quibusdam ex Discipulis intellecta, ut per se Christus præcepit Judæ emere, que necessaria erant ad celebrandum Pascha: atque hoc non potuissent fieri imaginari, si ante cœnam Pascha celebrasset; ergo de facta Pascha non celebraverat. Secundo. Non defuit plurium Patrum monumenta asserentium, Christum eo anno, qui passus est, legale Pascha non comedisse.

XXVII. Respondet ad primam instantiam, Apollolos ex verbis Christi ad Judam imaginatos fuisse ei præcepisse, non ut pararet necessaria ad agni paschalis celebrationem; hoc enim jam præceperat Petro, & Joanni: ut supra vidimus; immo & ipsi agnum jam comederant; sed, ut pararet ea que ad diem festum Paschalis, seu primæ diei azymorum, & Sabbati subsequenter erant necessaria. Ut enim mox observatum est, prima dies azymorum, seu Paschalis cuique licetum erat ad festum necessaria, & ad Sabbatum subsequentem providere. Quare Joan. citatus, ver. 29. dicit, putarunt: Quod dixisset ei Jesus: eme, que opus sunt nobis ad diem festum; non dicit ad celebrandum Pascha.

XXVIII. Ad secundam, non eo inficias, aliquos fuisse Patres, præsertim Græcos, qui Christum eo anno, quo passus est, legale Pascha præsumptivè affirmarunt: sed non eo movent. Nimis enim ex verbis Evangelicis, & aliis Patribus aperte habetur oppositum. Constat enim, eadem die, qua Christus cœnam instituit, Discipulos ad eum accessisse quærentes, ubi vellet sibi parari Pascha; & responso a Christo eis dato locum designant, ad locum designatum accessisse: ex quo concluditur inibi Pascha paratam comedisse.

XXIX. Arguitur secundo. Christus ad celebrandum Pascha eo anno, quo mortuus est, diem a lege præscriptum anteverit; nempe, Pascha manducavit, & Eucharistiam instituit die tertia decima Mensis deficiente, quæ Juda nondum azymo, sed adhuc fermento utebantur. Prob. ant. primo Jo. 13. ver. 1. agnus de lotionis pedum, quæ immediate cœnam Domini subséquuta est, ait: Ante diem festum Pascha. Secundo. Idem Joan. cap. 18. ver. 28. asserit, Judæos die Veneris, qua immediate secuta fuit noctem, qua Christus Eucharistiam instituit, nondum comedisse Pascha. Ait enim: Erat mens: & ipse non intraverat in Prætorium, ut non contaminaretur. Sed ut manducarent Pascha. Ergo Christus, qui eam manducaverat, diem statutum antevererat.

Tertio. Dies Veneris, qua Christus crucifixus est, Joan. 19. ver. 14. dicitur: Parasceve Pascha, id est, pridie ante Pascha; ergo cum Christus crucifixus est, Judæi nondum Pascha celebraverunt; ergo vel Judæi distulerunt, vel Christus anteverit Pasche celebrationem.

Quarto. Diem Sabbati, que diem mortis Christi subséquuta est, vocat Joannes magnum. Ait enim cap. 19. ver. 31. Erat magnum dies ille Sabbati. At cur magna erat, nisi quia in eam conveniebant, & solemnitas Sabbati, & solemnitas Paschalis, seu prima dies Azymorum?

XXX. Respondet, neg. assumptum. Ad primam probationem dico, quod cum apud Judæos, ut supra observatum est, alii essent dies legales incipientes a vespere usque ad diem, ad vespem sequenti; alii naturales, ab ortu Solis ad ortum, vel a media ad mediam noctem, qui etiam dies usuales vocantur: optime conciliatur Evangelista Joannes cum aliis tribus. Nam cum alii tres Evangeliste dicunt, Christum ultimam cœnam habuisse prima die azymorum, sumunt diem pro die legali: primus enim dies legalis azymorum incipiebat a secundo vespere diei quartæ decimæ primi mensis, post occasu Solis. Dum vero Joannes ait, Christum cœnam habuisse ante diem festum Pascha, sumit diem pro die naturali, & more communi; secundum quem dies crepusculum solum incipit, vel a media nocte, vel ab ortu Solis. Cum ergo Christus cœnam fecerit in vespere, & post occasum Solis diei quartæ decimæ, sed ante mediam noctem, & ortum Solis diei quintæ decimæ; potuit Joannes dicere, quod eam fecit ante diem festum Pascha, id est, ante primam diem azymorum, sumendo diem pro die naturali: & alii tres Evangeliste potuerunt dicere, quod eam fecit prima die azymorum, sumentes diem pro die legali. Unde S. Th. 3. p. 2. q. 86. ar. 2. ad 1. ait: Eundem diem, quem

Joan-

Joannes nominat ante diem festum Pascha; propter distinctionem naturalem dicitur, Mattheus nominat primum diem azymorum; quia secundum ritum Judaicæ sollemnitatis incipiebat a vespere præcedentis diei. Eodem autem Evangelista, qui incitatis locis diem legale distulit, alibi diem naturalem adhibuisse constat: tum ex Luca 23. v. 54. Et dies erat parasceve, & Sabbatum illud festum. Ubi loquitur de die naturali: nam dies legalis parasceve defuit præcedenti die sub vespere, & tunc dies legalis Sabbati incipit. Tum ex Marti c. 15. v. 42. Et cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante Sabbatum) venit Joseph ab Arimathæa, &c. Et tamen illud sero legaliter non erat amplius parasceve sed initium Sabbati: Erat ergo Parasceve naturaliter, secundum quem modum, Sabbatum solum in ortu Solis inchoabat.

XXXI. Ad secundam dico, ly Pascha ex usu Scripture non semper agnum paschalem significare; sed aliquando etiam aliis victimis, quas diebus azymorum immolabant, & quibus vesci poterant. De quibus Deut. 16. v. 2. dicitur: Immolabisque Pascha (id est Pascha) Domino Deo tuo ad occidendum, & de bobus. Vel ut ait S. Thom. citatus: cum dicitur, eos comederunt esse Pascha in quintadecima luna, intelligendum est, quod sibi Pascha non dicitur agnus paschalis; qui immolatus fuerat decimæ quintæ luna; sed dicitur ei agnus paschalis, id est, azymi panes que oportebat comedi a ministris. Uide Christoff. (Homil. 82. in Joan.) aliam expositionem ponit: quod Pascha presertim accipi pro toto festo Judæorum, quod septem diebus agebatur. Idque colligitur ex Actibus Apost. ubi c. 12. v. 3. & c. 4. S. Lucas narrat, quod Herodes capium Petrum detulit in carcerem, & Petrus post Pascha prodierit eum populo. Quid autem per Pascha intelligat S. Lucas aperit, ibidem dicens: Erant autem dies azymorum. Ex quo patet, omnes septem azymorum dies sub nomine Paschalis comprehenduntur.

XXXII. Ad tertiam dico, diem Veneris, que fuit quinta decima luna, vocari a Joanne Parasceve Pascha: non quia esse præparatio ad festum agni paschalis; sed dies Paschalis, seu prima dies azymorum; que erat præparatio ad Sabbatum, seu diem intelligendum esse S. Joannem, apparet, si consideretur cum verbis aliorum Evangelistarum, hanc ipsam temporis circumstantiam exponit Joannes, Marcus enim c. 15. v. 42. Erat (inquit) parasceve, quod est ante Sabbatum; & Lucas cap. 23. v. 54. Et dies erat parasceve; & Sabbatum illud festum. Poterat autem illa dies vocari parasceve Pascha. Tum quia erat parasceve, id est, præparatio ad Sabbatum, & simul prima dies Paschalis seu azymorum; tum quia, ut vidimus singuli azymorum dies nomine Paschalis insiguntur consueverunt. Joannem autem de parasceve ad Sabbatum, non vero ad Pascha, fuisse locutum, hæc fide ipse inferri dicens c. 19. v. 31. Quoniam parasceve erat, ut non remaneret in Cruce corpora Sabbato: erat enim magnum dies ille Sabbati. Et merito. Nam parasceve, pro die Paschalis, nullum legitur in Scriptura fuisse institutum: quia licet esset sollemnis, ipse tamen Paschalis die licebat Judæis cibos, & alia ad victum necessaria parare, quod Sabbato non licebat: ergo dari quidem debuit dies parasceves, id est, preparatorius ad Sabbatum, sed non ad Pascha.

XXXIII. Ad quartam dico, diem illum Sabbati subsequentem mortem Christi vocari Magnam; non quia Pascha, seu prima dies azymorum in illum diem eo anno concurreret, vel translata esset: sed vocabatur magna; quia erat immediate sequens festum Paschalis, seu primam diem azymorum; & clausum intra septem azymorum dies, & ac proinde majori sollemnitate celebrabatur.

XXXIV. Tertio arguitur. Si Christus Pascha, & cœnam Eucharistiam instituisse luna quadragesima in secundis vespere, cum sequenti die traditus fuisse, fequeretur, eum in die festo, nempe prima die azymorum in Crucem actum fuisse: sed hoc hæc ratio non est, ergo &c.

Min. Prob. primo. Quis in Concilio Judaico circa Christi occisionem, a Caipha intro statutum fuerat, Marth. 26. v. 5. & Marci 14. ne die festo teneatur: Non in die festo, ne forte tumultus fiat in populo.

Secundo. Et die, qua Christus occisus est, multa legitur fieri a viris piis, que in die festo fieri non possent. Joseph enim Arimatheus emittit sandom, qui Corpus Christi in videret. SS. Mulieres emunt aromata, & angustum, quo illud ungerent. Simon Cyrenæus venit de villa Crucem portavit. Que omnia die prima azymorum sollemnissima fieri non possent; neque enim invenissent, qui talia venderent.

Tertio. Diebus festis non licebat Judæis accusare, & jus dicere, atque exercere alias actiones forenses: Præfides autem, licet Gentiles, in his legibus Judæorum se conformabant. XXXV. Respondet, conc. maj. nego min. Ad primam probationem dico, statutum quidem fuisse in illo impio Concilio, Christum non comprehendendum, aut occidendum in die festo, non ob reverentiam festi, aut qui putarent, id non licere; sed ob timorem tumultus in populo, qui Christus erat acceptus: maxime cum ea die ingens fisset concursus populi: Venit enim Judas spondidisset, se nocti, ac sine tumultu traditurum Christum; timore deposito consilium mutare, & oblatam occasionem acceptantes, Christum ea nocte comprehenderant; & die sequenti conchato adversus eum populo extorserat a Pilato, ut Christum crucifigeret.

XXXVI. Ad secundam dico, non fuisse prohibitum Judæis diebus festis mortuos sepelire, & aliis pietatis opera circa illorum cadavera exercere. Colligitur præsertim ex Tobia c. 12. ubi legitur: Cum esset dies festus Dominum, & nuntiatum illi esset, Datum est sibi: Hinc quatuordecim fere in plures, relinquens prædium jephuæ accessit ad corpus, tollensque illud portavit ad domum suam occulte, ut dum sol occideret

Quest. Theol. Tom. III.

hisset, caute sepelire eum. Potuit ergo Joseph, etiam in die festo, Corpus Christi et Cruce deponere; & sepelire. Præsertim quia Deus, Deut. 21. v. 23. præceperat, ut qui appensus fuerat in patibulo, sepeliretur eadem die. Dicit etiam potest, primum diem azymorum, & ultimum, esse quidem dies festos, non tamen in illis rigorosam ab opere cessationem exigi, ut in Sabbatis, & ut sicut parare poterant cibos; ita parare non possent ea, que pietatis officia erant; immo hæc solliciti fuerunt parare illa die, qua instabat magnus Sabbatus, quo parare non possent, & Christus sepelire. Ideoque illo die, licet festo, mulieres emere poterunt aromata, & Joseph mercari sandom. Quod vero tangit Simonem Cyrenæum, SS. PP. Augustinus, Hilarius, & Leo eum putarunt Gentilem. Sed si, ut alii volunt, fuerit Judæus; dicendum, Græcum cum Christo portasse non volentem; sed angariatum, & coactum violentia militum Romanorum.

XXXVII. Ad tertiam dico: Abolentis, nullibi in Scripturis legi vetitum admittere, die primo azymorum accusare, jus dicere, sententiam pronuntiare; & ideo, quando noluerunt Christum die festo comprehendere, non adixerunt per eum, quia vetitum esset, sed quia timebant plebem. Alter dici potest, quod licet eis vetitum esset facti diei iudicia exercere, vel scienter transgredientes, arbitrati sunt, Christum die Sabbati fecerunt aliqua, que eis non licebant, nempe, accepta eulogia a Pilato accedere ad sepulchrum, & postis culodibus, illud sigillo munire.

XXXVIII. Quarto arguitur. Anno, quo Christus passus est, dies Pentecostes incidit in diem Dominicum, seu in diem Solis, ut Ecclesie traditione compertum est: at si Christus luna quadragesima deficiente, cœnam paschalem habuisset, non in diem Solis, seu Dominice incidisset, sed in diem Sabbati, ergo &c. Min. prob. dies Pentecostes a Judæis celebrabatur die quinquagesimo a secunda die azymorum, ut patet Deut. 16. ac si dies Sabbati, qui immediate mortem Christi secutus fuit secundum nos fuisse secunda dies azymorum; dies quinquagesimus non incidisset in diem Dominicum, sed in diem Sabbati, ut supputatio patebit; ergo secunda dies azymorum non incidit in Sabbatum eo anno, quo Christus mortuus est, sed potius in diem Dominicum; ergo prima dies azymorum non fuit dies Veneris, in quo Christus mortuus est, sed dies Sabbati sequens; & consequenter, cum Christus pridie quam pariteretur celebravit cœnam, eam non celebravit ineunte prima die azymorum, sed die antecedenti, nempe tertiadecima luna.

XXXIX. Respondet, maj. non esse profusum certam. Nam si excipias S. Clementis Constitutiones, & Sermon. 154. de tempore S. Augustini, que scripta ut legitima non admittuntur; nemo, qui id asserat, citatur antiquior S. Leone, qui rexit Ecclesiam seculo ultra dimidium quinto.

Secundo. Respondet, omnia maj. nego min. Quando enim secunda azymorum dies incidebat in Sabbatum, sollemne erat Judæis quinquaginta dies ad Pentecosten numerare, non a secunda azymorum die, sed a tertia. Et ratio est. Quia, ut habetur Deut. 16. v. 9. dies ad Pentecosten numerari debebant ab illo die, quo primo filicem in segetem mittebant: Septem hebdomadas numeratis Dies ab eo die, qua filicem in segetem miseris, cuius manipulus eadem die offerri debebat, ut habetur Levit. 23. Cumque quando secunda azymorum dies incidebat in Sabbatum, non liceret Judæis filicem mittere in segetem, ideo eo anno, ut accidit in eo, quo Christus mortuus est, non a secunda, sed a tertia azymorum die septem hebdomade computari debebant.

Adiunt alii, quod quinquaginta dies ad Pentecosten numerari debebant a secunda die azymorum, in qua offerrebatur manipulus non inclusive, sed exclusive; ita ut sensus fiat; post secundum diem azymorum, in quo oblatus erat manipulus, inciperent numerari septem hebdomade ad Pentecosten. Et hoc indicari videtur Lev. 23. v. 17. Numerabitis ergo ab offerro die Sabbati (id est septimane) in quo oblati sunt manipulum primitiarum, septem hebdomadas pleenæ. Quibus apparet, quod supputatio dierum quinquaginta ad Pentecosten semper a tertia die azymorum incipiebat; ita ut die secunda fieret oblatio manipuli, & die tertia septem hebdomades inchoarentur.

XL. Quinto arguitur. Agnus Paschalis typus fuit mortis Christi, qui tamquam verus agnus immolari debebat: sed agnus paschalis immolabatur, & comedebatur die quartadecima primi mensis deficiente; ergo Christus eadem die mortuus est; & sic, vel non celebravit legale Pascha, vel anticipavit, vel Judæi distulerunt.

XLI. Respondet, neg. conseq. non minus enim figura erat agnus paschalis Christi in Eucharistia immolati, quam Christus immolatus in Cruce: ad ea enim immolatio in Cruce simpliciter exordium. Unde Beda a S. Thom. relatus, 3. p. quest. 46. art. 9. ad 1. Licet (inquit) Christus sit crucifixus: sicut agnus immolabatur, & a Judæis comeditur, ne ligatus spiritus immolationis, hoc est, Passus, sua factus exordium.

XLII. Sed dices: Christi mortem fuisse luna quartadecima, docet Traditio. Ireneus enim lib. 4. c. 10. (Alia 23.) diem mortis Christi luna quartadecimæ assignat, dicens, quo morte sua Pascha adimplevit. Idem S. Epiphanius, hæret. 70. & S. Ioan. Chrysol. hom. 82. in Joann. asserit, Christum prævenisse unum diem in cœna manducanda, ut die parasceve moreretur, quando etiam olim erat Pascha. Et ex Latinis S. August. Tract. 120. in Joann. scribit, acceleratam fuisse Domini sepulturam, propter parasceve Judæorum; quod ea nocte

Quæst.